

set hoc tempore ; tamen ad tantum bellum is erat deligendus, atque mittendus. Nunc, cum ad cæteras summas utilitates hæc quoque opportunitas adjungatur, ut in iis ipsis locis adsit, ut habeat exercitum, ut ab iis, qui habent, accipere statim possit : quid expectamus ? aut cur non, ducibus diis immortalibus, eidem, cui cæterâ summâ cum salute reipublicæ commissa sunt, hoc quoque bellum regium committimus ?

REFUTATIO.

27. At enim vir clarissimus, amantissimus reipublicæ, vestris beneficiis amplissimis affectus, Q. Catulus ; itemque summis ornamentis honoris, fortunæ, virtutis, ingenii præditus, Q. Hortensius, ab hæc ratione dissentiunt ; quorum ego auctoritatem, apud vos multis locis plurimum valuisse, et valere oportere confiteor ; sed in hæc causâ, tametsi cognoscitis auctoritates contrarias virorum fortissimorum, et clarissimorum, tamen, omissis auctoritatibus, ipsâ re, et ratione exquirere possumus verita-

Roma de particular, debería sin embargo ser elegido, y enviado á una guerra de tanta consideracion. Mas ahora, que á las demas conveniencias, que son grandísimas, se alega tambien la favorable coyuntura de hallarse en aquellas mismas partes, de tener ejército, de poder recibir al punto el que tienen los otros, á que aguardamos ? ó por qué razon no encomendamos, guiados de los dioses inmortales, esta guerra contra reyes al mismo, á quien se han encargado las demas para tanto bien de la república ?

REFUTACION.

27. Mas no piensa de esta manera el esclarecidísimo Q. Catulo, celosísimo patriota, á quien vosotros habeis colmado de favores, ni Q. Hortensio, sugeto no menos distinguido por sus honores, fortuna, virtud y talento. Confieso, que la autoridad de estos sugetos os ha sido en muchas ocasiones de gran peso, y es razon, que asi sea ; mas en la presente, aunque veis de contrario dictámen á tan esforzados y esclarecidos hombres, podemos no obstante, dejándonos de autoridades, averiguar la verdad por la cosa misma, y por la razon, y tanto mas fácilmente, cuanto esos mismos convienen, en que es cierto todo lo que llevo dicho,

tem; atque hoc facilius, quòd ea omnia, quæ adhuc à me dicta sunt, iidem isti vera esse concedunt; et necessarium bellum esse, et magnum, et in uno Cn. Pompeio summa esse omnia.

Quid igitur ait Hortensius? Si uni omnia tribuenda sunt, unum dignissimum esse Pompeium; sed ad unum tamen omnia deferri non oportere. Obsolevit jam ista oratio, re multò magis, quàm verbis refutata. Nam tu idem, Q. Hortensi, multa pro tuâ summâ copiâ, ac singulari facultate dicendi, et in senatu contrà virum fortem A. Gabinium graviter, ornatèque dixisti, cùm is de uno imperatore contrà prædones constituendo legem promulgasset; et ex hoc ipso loco per multa item contra legem eam verba fecisti. Quid? tùm, per deos immortales! si plus apud populum romanum auctoritas tua, quàm ipsius populi romani salus, et vera causa valuisset, hodiè hanc gloriam, atque hoc orbis terræ imperium teneremus? An tibi tùm imperium esse hoc videbatur, cùm populi romani legati, prætores, quæstoresque capiebantur? cùm ex omnibus provinciis commeatu et privato, et publico

así el que es precisa la guerra, y de consideracion, como el que solo Cn. Pompeio es consumado en todo.

Que es pues lo que dice Hortensio? que si todo se ha de encargar á uno solo, ninguno tan acreedor como Pompeio; mas que no es conveniente, que á uno se le encargue todo. Ya no vale ese alegato, que las obras mucho mejor que las palabras, han refutado. Porque tú mismo, Q. Hortensio, hablaste en el senado larga, grave y elegantemente segun tu afluencia suma, y singular elocuencia, oponiéndote al esforzado Aulo Gabinio, que habia promulgado ley para nombrar á uno solo por general contra los piratas; y aun mucho mas te alargaste contradiciendo desde este mismo puesto dicha ley. ¡Que, si entonces, dioses eternos! si entonces hubiera hecho mas fuerza al pueblo romano tu autoridad, que su propia conservacion, y la razon, nos veriamos ahora con esta gloria, y este imperio del orbe, que tenemos? ¿Acaso te parecia á tí imperio este, cuando nos cogian los legados del pueblo romano, los Pretores, y Questores? ¿cuando estaba cortado el paso á los convoyes de todas las provincias así públicos, como particulares? ¿y cuando estaban tan infestados todos los mares, que á ningun negocio ultramarino, ni

prohibebamur? cùm ità clausa erant nobis omnia maria, ut neque privatam rem transmarinam, neque publicam jam obire possemus?

28. Quæ civitas antea unquam fuit, non dico Atheniensium, quæ satis late quandam mare tenuisse dicitur; non Carthaginiensium, qui permultum classe, maritimisque rebus valuerunt; non Rhodiorum, quorum usque ad nostram memoriam disciplina navalis, et gloria remansit: quæ civitas unquam antea tam tenuis, quæ tam parva insula fuit, quæ non portus suos, et agros, et aliquam partem regionis, atque oræ maritimæ per se ipsa defenderet? At hercule aliquot annos continuos ante legem Gabiniam ille populus romanus, cujus usque ad nostram memoriam nomen invictum in navalibus pugnis permanserat, magnâ, ac multo maximâ parte non modo utilitatis, sed dignitatis, atque imperii caruit.

Nos, quorum majores Antiochum regem classe, Persenque superârunt, omnibusque navalibus pugnis Carthaginienses, homines in maritimis rebus exercitatissimos, paratissimosque vicerunt; ii nullo in loco jam

propio, ni del estado, podíamos acudir?

28. Qué ciudad ha habido hasta ahora, no hablo de la de Atenas, de quien se dice que fué en tiempos pasados señora de un vasto espacio de mar, ni de la de Cártago, cuya marina estuvo muy pujante, ni de la de Rodas, cuya disciplina y gloria naval duraron hasta nuestros dias; sino de las mas débiles y pequeñas: ¿qué isla ha habido tan reducida, que no bastase por sí sola á defender sus puertos, campos, y alguna parte de su costa marítima? Pues á fe mia que por algunos años seguidos antes de la ley Gabinia aquel pueblo, romano, que habia conservado la fama de invencible por mar hasta nuestros dias, estuvo privado de gran parte, ó de casi toda su utilidad, dignidad, y señorío.

Nosotros, cuyos mayores vencieron en batalla naval á Antiocho, y á Perseo, y batieron en todos los combates á los Cartagineses, aunque eran los mas prácticos, y mas aguerridos por mar, ya no podíamos en ninguna parte resistir á los piratas. Nosotros mismos,

prædonibus pares esse poteramus. Nos quoque, qui antea non modò Italiam tutam habebamus, sed omnes socios in ultimis oris auctoritate nostri imperii salvos præstare poteramus; tum, cum insulâ Delos tam procul à nobis in Ægei mari posita, quò omnes undiquè cum mercibus, atque oneribus commeabant, referta divitiis parva sinè muro nihil timebat: iidem non modò provinciis, atque oris Italiæ maritimis, ac portibus nostris, sed etiam Appiâ jam viâ carebamus: et his temporibus non pudebat magistratus populi romani in hunc ipsum locum descendere, cum eum vobis majores vestri exuviis nauticis, et classium spoliis ornatum reliquissent.

29. Bono te animo tum, Q. Hortensi, populus romanus, et cæteros, qui erant in eadem sententiâ dicere existimavit ea, quæ sentiebatis: sed tamen in salute communi idem populus romanus dolori suo maluit, quàm auctoritati vestræ obtemperare. Itaque una lex, unus vir, unus annus, non modò nos illâ miseriâ, ac turpitudine liberavit: sed etiam effecit, ut aliquandò verè videremur omnibus gentibus,

que antes no solo teniamos segura la Italia, sino que podiamos resguardar á la sombra de nuestro imperio á todos nuestros aliados en las costas mas remotas; en aquel tiempo, en que la isla de Delos tan lejos de nosotros en el mar Egeo, á donde acudian de todas partes comerciantes, y cargadores, aunque llena de riquezas, pequeña, y sin muro, estaba sin el menor (52) reuelo, nos veiamos ahora privados no solo de las provincias, y costas marítimas de la Italia, y de nuestros puertos, sino tambien hasta de la calzada de Apio (55). Y en estos tiempos no les daba vergüenza á los magistrados del pueblo romano de subir á este mismo puesto, que vuestros mayores os dejaron adornado con los despojos de las naves, y resto de las armadas, que habian batido.

Bien creyó entonces el pueblo romano, que tú, y los demas, que eran de tu mismo dictamen, proponiais vuestro sentir con buena intencion; mas no obstante eso en negocio, en que iba la salud del estado, quiso antes seguir el impulso de su dolor, que vuestra autoridad. Y así una sola ley y un solo hombre en un año solo no solamente sacaron de aquella miseria y vergonzoso estado, sino que hicieron creer que de verdad mandábamos á todos los pueblos y naciones, por mar y tierra.

ac nationibus terrâ, marique imperare.

Quo mihi etiâ indignius videtur obtrectatum esse adhuc, Gabinio, dicam, an Pompeio, an utriusque? (id quod est verius) ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompeio expetenti, ac postulanti. Utrum ille, qui postulat legatum ad tantum bellum, quem velit, idoneus non est, qui impetret, cum cæteri ad expilandos socios, diripiendasque provincias, quos voluerunt, legatos eduxerint? an ipse, cujus lege salus, ac dignitas populo romano, omnibus gentibus constituta est, exper esse debet gloriæ ejus imperatoris, atque periculo est constitutus? An C. Falcidius, Q. Metellus, Q. Cælius Latiniensis, Cn. Lentulus, quos omnes honoris causâ nomino, cum tribuni plebis fuissent, anno proximo legati esse potuerunt: in hoc uno Gabinio sunt tam diligentes, qui in hoc bello, quod lege Gabiniâ geritur, in hoc imperatore, atque exercitu, quem per vos ipse constituit, etiâ præcipuo jure esse deberet? De quo legando spero consules ad senatum relatueros. Qui si dubitabunt, aut gravabuntur, ego me profiteor relaturum; neque me impedit cujusquam, Qui-

Y por lo mismo me parece cosa mas indigna, que se haya hecho oposicion, no sé si diga, á Gabinio, ó á Pompeio, ó á ambos, (que es lo mas cierto) para que no se envíe á aquel por Legado de Pompeio, que lo desea, y pretende. Es acaso que el que pide para guerra tan formidable un Legado á su gusto, no merece que se le conceda; cuando los demas llevaron los que quisieron para robar á los aliados, y saquear las provincias? ¿ó que el mismo, á cuya ley debieron su conservacion, y lustre el pueblo romano, y todas las naciones, no debe tener parte en la gloria de aquel general, y ejército, que por su consejo, y á su riesgo se levantó? ¿Pues que? no hubo inconveniente para que pudiesen ser Legados el año despues de su tribunado C. Falcidio, Q. Metelo, Q. Celio Latiniense, y Cn. Lentulo, á todos los cuales nombro con el respeto que les es debido; y solo en este Gabinio andan tan mirados, cuando en una guerra, que un general, y ejército levantados por él hacen en fuerza de su ley, debiera ser privilegiado? Yo espero que los cónsules harán propuesta al senado, para que se le envíe. Y si estuviesen dudosos, ó remisos, me ofrezco á hacerlo yo sin que edicto alguno contrario me impida, que con vuestra ayuda, y favor defienda vuestros derechos, é intereses: ni haré caso de nada fuera de la oposicion de los tri-

rites, inimicum edictum, quò minùs, fretus vobis, vestrum jus, beneficiumque defendam : neque præter intercessionem quidquam audiam ; de quâ, ut arbitror, isti ipsi, qui minantur, etiã, atque etiã, qui in liceat, considerabunt. Meã quidem sentiã, Quirites, unus A. Gabinus belli maritimi, rerumque gestarum auctor, comes Cn. Pompeio adscribitur : propterea quòd alter uni id bellum suscipiendum vestris suffragiis detulit ; alter delatum, susceptumque confecit.

30. Reliquum est, ut de Q. Catuli auctoritate, et sententia dicendum esse videatur : qui cùm ex vobis quæreret, si in uno Cn. Pompeio omnia poneretis, si quid eo factum esset, in quo spem essetis habituri ; cepit magnum suæ virtutis fructum, ac dignitatis, cùm omnes propè unã voce, *in eo ipso vos spem habituros esse dixistis*. Etenim talis es vir, ut nulla res tanta sit, ac tam difficilis, quam ille non et consilio regere, et integritate tueri, et virtute conficere possit. Sed in hoc ipso ab eo vehementissimè dissentio, quòd, quò minùs certa est hominum, ac minùs diuturna vita, hoc magis

bunos : y aun sobre esta los mismos que nos amenazan, á mi parecer se mirarán muy bien en ello, y verán, como puedan hacerla. Por mi dictamen, Caballeros Romanos, solo á A. Gabinio autor de la guerra marítima, y de los buenos sucesos logrados en ella, se le debe nombrar por compañero de Cn. Pompeio : porque este concluyó felizmente la guerra para la que aquel le dió con vuestra aprobacion el mando.

30. Resta que hablemos del parecer, y dictamen de Q. Catulo : el cual preguntádoos en quien habiais de poner vuestras esperanzas, si para todo echabais mano de Pompeio, y este llegaba á faltar, logró el fruto correspondiente á sus prendas y mérito : pues casi todos á una voz respondisteis, que en él mismo. Y en efecto es un sugeto tal, que no hay empresa por ardua y difícil que sea, que él no pueda dirigir con su prudencia, mantener con su entereza, y llevar al cabo con su valor. Pero en este punto estoy muy lejos de convenir con él. Porque, quanto es mas incierta y mas breve la vida de los hombres, tanto mas debe la República disfrutar de la vida y valor de un varon consumado, mientras los dioses nos dejan.

respublica, dum per deos immortales licet, frui debet summi hominis vitâ, atque virtute.

At enim nihil vovi fiat contra exempla, atque instituta majorum. Non dico hoc loco, majores nostros semper in pace consuetudini, in bello utilitati, paruisse; semper ad novos casus temporum novorum consiliorum rationes accommodasse: non dicam, duo bella maxima, Punicum, et Hispaniense, ab uno imperatore esse confecta: duas urbes potentissimas, quæ huic imperio maximè minabantur, Carthaginem, atque Numantiam, ab eodem Scipione esse deletas: non commemorabo, nuper ita vobis, patribusque vestris esse visum, ut in uno C. Mario spes imperii poneretur, ut idem cum Jugurthâ, idem cum Cimbris, idem cum Theutoniis bellum administraret. In ipso Cn. Pompeio, in quo novi constitui nihil vult Q. Catulus, quàm multa sint nova summâ Q. Catuli voluntate constituta, recordamini,

31. Quid enim tam novum, quàm adolescentulum privatum, exercitum difficili reipublicæ tempore conficere? confecit:

Pero nada se debe hacer, se me dirá, sin ejemplar, y contra los establecimientos de los antepasados: no quiero yo decir ahora, que nuestros mayores en tiempo de paz siempre se gobernaron por la costumbre, y en la guerra atendieron á la utilidad; que en los casos nuevos tomaron nuevas providencias: tampoco os diré, que un solo general (54) acabó las dos guerras tan formidables de España, y Cártago: que el mismo Escipion arruinó las dos poderosísimas ciudades de Cártago y Numancia, que tanto se hacian temer de este imperio. Ni quiero haceros presente, como poco ha os pareció conveniente á vosotros, y á vuestros padres poner en solo C. Mario todas las esperanzas del imperio, y que este solo hiciese las guerras contra Yugurta, contra los Cimbrios, y contra los Teutones. Basta que traigais á la memoria las muchas cosas que sin ejemplar se han hecho con sumo gusto de Q. Catulo en el mismo Cn. Pompeio; con quien ahora no quiere que se haga novedad.

54. ¿Porque, qué cosa tan nueva como el que un jovenito, siendo un mero particular, junte ejército en un apuro de la República? pues le juntó. ¿Que haga

huic præesse? præfuit. Rem optimè ductu suo gerere? gessit. Quid tam præter consuetudinem, quàm homini peradolescenti, cujus à senatorio gradu ætas longè abesset, imperium, atque exercitum dari? Siciliam permitti, atque Africam bellumque in ea administrandum? Fuit in his provinciis singulari innocentia, gravitate, virtute: bellum in Africâ maximum confecit, victorem exercitum deportavit. Quid verò tam inauditum, quàm equitem Romanum triumphare? at eam quoque rem populus romanus non modò vidit, sed etiam studio omni visendam putavit. Quid tam inusitatum, quàm ut, cùm duo consules clarissimi, fortissimique essent, eques Romanus ad bellum maximum, formidolosissimumque pro consule mitteretur? missus est. Quo quidem tempore, cùm esset non nemo in senatu, quid diceret, *Non oportere mitti hominem privatum pro consule; L. Philippus dixisse dicitur: Non se illum suâ sententiâ pro consule, sed pro consulibus mittere. Tanta in eo reipublicæ benè gerendæ spes constituebatur, ut duorum consulum munus unius adolescentis virtuti committeretur.*

por sí la empresa esceleramente? Pues la hizo. ¿Qué cosa tan fuera de lo acostumbrado, como el que á un moço, cuya edad distaba mucho de la que se necesitaba para poder entrar en el senado, se le diese el mando de las armas y ejército? ¿se le confiase la Sicilia, el Africa, y la guerra, que se habia de hacer en ella? Pues en estas provincias acreditó una singular bondad, gravedad, y valor: acabó una guerra de las mas terribles en el Africa, y volvió con su ejército victorioso. ¿Qué cosa tan nunca oída, como el que triunfase uno, que solo era caballero romano? pues esto no solo le vió el pueblo romano, sino que lo tuvo por cosa digna de ser vista con todo empeño. ¿Qué cosa tan extraordinaria, como el que, habiendo dos cónsules esclarecidísimos, y del mayor valor, fuese enviado un caballero romano de proconsul á una guerra la mayor y mas terrible? pues fué enviado. Y por cierto que en esta ocasion, no faltando en el senado quien dijese, *que no era razon enviar á un particular en lugar de un consul, dicen; que dijo L. Philipo, que él por su voto no lo enviaba en lugar de un consul, sino en lugar de cónsules.* Tanta confianza se tenia en él de que saldria felizmente de su empresa, que se le confiaba en medio de sus pocos años el cargo de dos cónsules. ¿Qué cosa tan rara como el que, dispensándose con él por acuerdo del senado, se le hicie-

Quid tam singulare, quàm ut ex senatus consulo legibus solutus consul antè fierit, quàm ullum alium magistratum per leges capere licuisset? Quid tam incredibile, quàm ut itirum eques Romanus ex senatus-consulto triumpharet? Quæ in omnibus hominibus nova post hominem memoriam constituta sunt, ea tam multa non sunt, quàm hæc, quæ in hoc uno homine vidimus. Atque hæc tot exempla tanta, ac tam nova, profecta sunt in eundem hominem à Q. Catuli, atque à cæterorum ejusdem dignitatis amplissimorum hominum auctoritate.

32. Quare videant, ne sit periniquum, et non ferendum, illorum auctoritatem de Cn. Pompeii dignitate à vobis comprobata semper esse, vestrum ab illis de eodem homine judicium, populi que romani auctoritatem improbari, præsertim, cùm jam suo jure populus Romanus in hoc homine suam auctoritatem vel contra omnes, qui dissentiant, possit defendere: propterea quòd, istis reclamantibus, vos unum illum ex omnibus delegistis, quem bello prædonum præponeretis. Hoc si vos temerè fecistis, et

se consul, cuando aun no le permitian las leyes (35) por su edad entrar en ningun cargo público? ¿Qué cosa tan increíble, como el que triunfase segunda vez por decreto del senado, no siendo mas que caballero romano? Cuantas novedades se hicieron en todos hasta el dia de hoy no llegan á las que en este solo hemos visto. Y todos estos ejemplares de tanta consideracion, y tan raros, los ha debido á la autoridad de Q. Catulo, y de los demas dignísimos sugetos del mismo orden.

52. Por tanto vean no sea una cosa injustísima, é intolerable, que vosotros hayais aprobado siempre su dictamen sobre la dignidad de Cn. Pompeio, y que ellos no aprueben vuestro juicio, y parecer acerca del mismo sugeto: particularmente cuando el pueblo romano tiene ya derecho para poder defender sus dictámenes acerca de este, aun contra todos los que son de contrario sentir: pues vosotros á pesar de la oposicion de esos le elegisteis á él solo para la guerra contra los piratas. Si en esto obrasteis con temeridad, si no mirasteis bien por el estado, en este caso tienen razon esos para procurar dirigir, y arreglar vuestro afecto, y

reipublicæ parum consuluistis; rectè isti studia vestra suis consiliis regere conantur. Sin autem vos plus tum in republicâ vidistis: vos, his repugnantibus, per vosmetipsos dignitatem huic imperio, salutem orbi terrarum attulistis: aliquandò isti principes, et sibi, et cæteris, populi romani universi auctoritati parendum esse fateantur. Atque in hoc bello Asiatico, et regio, non solum militaris illa virtus, quæ est in Cn. Pompeio singularis, sed aliæ quoque virtutes animi multæ, et magnæ requiruntur. Difficile est in Asiâ, Ciliciâ, Syriâ, regnisque interiorum nationum ita, versari vestrum imperatorem, ut nihil aliud quàm de hoste, ac de laude cogitet. Deindè etiam si qui sunt pudore, ac temperantiâ moderationes: tamen, eos esse tales, propter multitudinem cupidorum hominum nemo arbitratur. Difficile est dictu, Quirites, quanto in odio simus apud exterarum nationes, propter eorum, quos ad eas per hos annos cum imperio misimus, injurias, ac libidines. Quod enim fanum putatis in illis terris nostris magistratibus religiosum, quam civitatem sanctam, quam domum satis clau-

empeño. Mas, si entonces vosotros tuvisteis la vista mas perspicaz que ellos, para conocer lo que convenia al bien de la república: si vosotros, en medio de la repugnancia de estos por vosotros mismos, disteis esplendor y dignidad á este imperio, y la salud á todo el orbe, confiesen por fin esos príncipes, que ellos, y los demas se han de sujetar al parecer de todo el pueblo romano. Y mas que en esta guerra en el Asia y contra reyes no solo se requiere aquel valor bélico, que es singular en Pompeio, sino tambien otras muchas y grandes virtudes. Es difícil, que ande vuestro general por el Asia, Cilicia, Siria, y otros reinos de las naciones mas alejadas, sin pensar en ninguna otra cosa, que en el enemigo y en la gloria. Y ademas, aun quando haya algunos algo mas moderados por vergüenza y templanza, sin embargo nadie piensa que lo son por la multitud de hombres codiciosos. No se puede explicar fácilmente, Caballeros Romanos, cuan odiosos somos á las naciones estrangeras por los agravios, y liviandades de los que enviamos á ellas en estos años mandando las armas. ¿Porqué qué templo os parece que hay en aquellas tierras, que haya sido sagrado para nuestros magistrados? ¿qué ciudad inviolable? ¿qué casa suficientemente cerrada y defendida? Andan ya buscando ciudades ricas y abundantes, para hacerlas la guerra por la codicia del saco. Con gusto

sam, ac munitam fuisse? Urbes jam locupletes, ac copiosæ requiruntur, quibus causa belli propter diripiendi cupiditatem inferatur. Libenter hæc coràm cum Q. Catulo, et Q. Hortensio disputarem, summis, et clarissimis viris. Noverunt enim sociorum vulnera: vident eorum calamitates: querimonias audiunt. Pro sociis, vos contra hostes exercitum mittere putatis, an hostium simulatione, contra socios atque amicos? Quæ civitas est in Asia, quæ non modò imperatoris aut legati, sed unius tribuni militum animos, ac spiritus capere possit?

33. Quare, etiam si quem habetis, qui collatis signis exercitus regios superare posse videatur: tamen, nisi erit idem, qui se à pecuniis sociorum, qui ab eorum conjugibus, ac liberis, qui ab ornamentis fanorum, atque oppidorum, qui ab auro gazaque regia, manus, oculos, animum cohibere possit; non erit idoneus, qui ad bellum Asiaticum, regiumque mittatur, Ecquam putatis civitatem pactam fuisse, quæ locuples sit? Ecquam esse locupletem, quæ istis pacata esse videatur? Ora maritima, Quirites, Cn. Pompeium non solùm prop-

disputaria á boca sobre esto con Q. Catulo, y Q. Hortensio, sugetos ambos consumados y esclarecidísimos: porque conocen las heridas de los aliados: ven sus calamidades: oyen sus quejas. ¿Pensais, que enviais ejército contra los enemigos en favor de los aliados, ó con pretexto de los enemigos contra los aliados y amigos? ¿Qué ciudad hay en el Asia, en que puedan caer los humos y orgullo, no digo de un general, ó un lugar teniente, sino de un tribuno militar?

33. Y así, aunque tengais alguno, que os parezca, que podrá salir victorioso de los ejércitos reales en batalla campal, sin embargo, si no fuere el tal capaz de tener á raya sus manos, ojos, y deseos, para que no se estiendan al dinero de los aliados, á sus mugeres, é hijos, á los ornamentos de los templos, y de los pueblos, al oro, y tesoros reales; no será á propósito para que se le envíe á una guerra en el Asia, y contra Reyes. ¿Pensais, que se ha encontrado de paz alguna ciudad, que fuese rica? ¿ó que hay alguna rica, que á esos les parezca estar de paz? La costa del mar. Caballeros Romanos, pidió á Cn. Pompeio, no solo por su gloria militar, sino tambien por su moderacion de áni-

ter rei militaris gloriam, sed etiam propter animi continentiam requisivit. Videbat enim populus romanus non locupletari quotannis pecuniâ publicâ præter paucos: neque nos quidquam aliud assequi classium nomine, nisi ut, detrimentis accipiendis, majore affici turpitudine videremur. Nunc, quâ cupiditate homines in provincias, quibus jacturis, quibus conditionibus profiscantur, ignorant videlicet isti, qui ad unum deferenda esse omnia non arbitrantur? quasi verò Cn. Pompeium non cum suis virtutibus, tum etiam alienis vitiis magnum esse videamus.

Quare nolite dubitare quin huic uni credatis omnia, qui inter annos tot unus inventus sit, quem socii in urbes suas cum exercitu venisse gaudeant. Quod si auctoritatibus hanc causam, Quirites, confirmandum putatis; est vobis auctor, vir bellorum omnium, maximarumque rerum peritissimus, P. Servilius; cujus tantæ res gestæ terrâ; marique extiterunt, ut, cum de bello deliberetis, auctor vobis gravior esse nemo debeat. Est C. Curio, summis vestris beneficiis, maximisque rebus gestis, summo in-

mo. Porque veía el pueblo romano, que no se hacia otra cosa con el dinero de la república, sino enriquecer cada año unos pocos; y que no conseguíamos otra cosa con el nombre de las armadas, sino que pareciese, que se acrecentaba nuestra deshonra con las rotas que recibíamos. Ya con qué codicia, con qué pérdida, (36) con que condiciones se va á los gobiernos, eso no lo ignoran esos, que juzgan que no se le debe encargar todo á uno; como si á Cn. Pompeio no se le viera grande, no solo mirando á sus virtudes, sino tambien á los vicios ajenos.

Por lo que no dudeis en confiar todas las guerras á este solo, que fue el único en tantos años, de quien se alegran los aliados de que haya ido á sus ciudades con ejército. Y si os parece, Caballeros Romanos, que este asunto debe ser corroborado con dictámenes, tenéis á su favor el de P. Servilio, sugeto el mas inteligente en todo género de guerras y empresas de la mayor importancia: cuyas hazañas por mar y tierra fueron tan señaladas, que en deliberacion acerca de guerra ningun parecer os debe hacer mas fuerza. Del mismo dictamen es C. Curion, recomendable por los altos empleos, á que le habeis elevado, por sus esclarecidísimas

genio, et prudentiâ præditus. Est Cn. Lentulus, in quo omnes pro amplissimis vestris honoribus summum consilium, summam gravitatem esse cognoscitis. Est C. Cassius, integritate, virtute, constantiâ singulari. Quarè videte, ut horum auctoritatibus illorum orationi, qui dissentiunt, respondere posse videamur.

EPILOGUS.

34. Quæ cùm ità sint, C. Manili, primum istam tuam et legem, et voluntatem, et sententiam laudo, vehementissimèque comprobo; deindè te hortor, ut, auctore populo romano, maneas in sententiâ, neve cujusquam vim, aut minas pertimescas. Primum in te satis esse animi, perseverantiæque arbitror; deindè, cùm tantam multitudinem cum tanto studio adesse videamus, quantam nunc iterùm in eodem homine præficiendo videmus; quid est, quòd aut de re, aut de perficiendi facultate dubitemus? Ego autem, quidquid in me est studii, consilii, laboris, ingenii; quidquid hoc be-

hazañas, por su consumado ingenio y prudencia. Lo mismo os aconseja Cn. Lentulo, en quien todos reconocen una prudencia y gravedad consumada, cual corresponde á un hombre condecorado con las mayores dignidades. Lo mismo C. Casio, sugeto de una singular integridad, valor y constancia. Y con esto ved como al parecer podemos con los dictámenes de estos responder á lo que dicen los que son de contrario sentir.

EPILOGO.

34. Por todas estas razones, C. Manilio, primeramente alabo, y apruebo muchísimo esa tu ley, voluntad, y parecer, y despues te exhorto á que teniendo en tu favor la autoridad del P. R. te mantengas firme en tu dictamen, sin temer la fuerza, ni amenazas de ninguno. Pienso que no te faltará á tí ánimo y constancia para hacerlo; y ademas á vista de un concurso tan numeroso y tan empeñado, como el que vemos ahora segunda vez para dar el mando de las armas al mismo sugeto, por que dudaremos ni sobre el asunto, ni sobre la posibilidad de llevarlo al cabo? Yo por mí te prometo, y ofrezco á tí; y al Pueblo Romano para este efecto cuanto valga, y pueda con mi empeño, consejo, trabajo, é ingenio, con esta potestad de Pretor, que